



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ieremiæ Prophetæ Threni Carmine redditi**

**Latomus, Jacobus**

**Antverpiae, 1587**

In Evndem Gvilielmi Estii Theologi & Poëtæ doctiß. Epigramma.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69084](#)

## DE CATONE EX EODEM.

**C**Lara tuæ æternum mortis tenet Utica nomen,  
 Quam tua consigil dextera, magne Cato.  
 Illic manauit generoso è vulnere maior  
 Gloria, quām fuerit sanguinis vnda tui.  
 Namque inuicta fodis rigido dum pectora fetro,  
 Et constans animo nil dubitante cadis,  
 Nempe doces, quanto melius sit morte decora  
 Extingui, vita quām sine laude frui.

IN EVNDEM GUILIELMI ESTII  
Theologi & Poëta doctiss. Epigramma.

**V**El Cato dignus eras sœua qui morte perires,  
 Tale nihil mores vel meruere tui,  
 Si nece dignus eras, cur te laudare Poëtæ  
 Virtutemque tuam tollere ad astra student?  
 At si non meritus fueras ut morte perires,  
 Insontem morti cur tua dextra dedit?  
 Iustus & innocuus certè licet antè fuisses,  
 Factus es è iusto sic moriendo nocens.

DE DIOGENE CONTRA  
POPVLVM NITENTE.

**E**Xiret pleno populus quum forte theatro,  
 Densaque compressum turba teneret iter,  
 Confertos contra Cynicus contendere certat,  
 Vrger & aduersus millia multa gradum:  
 Conantem rident omnes ceu mentis inanem,  
 Pergere conatur non minus ille tamen:  
 Cur faciat rogitant, hæc dicta rogantibus infert:  
 Ingenio quadrant scilicet ista meo:

Nimi-